Cracoviensis Studior. Univ. Jagell.
Promotiones Philos. ordinis
1646.

Poezya 3077.

Ubaldini Stanislad: Aureum monile pretiosissimis lapidibus distinctum ac VV. XII Adolescentibus dum prima in Artibus et Philosophia laurea insignirentur oblatum.

Aureum Monile Aureum Monile

AVREVM MONILE

PRECIOSISSIMIS LAPIDIBVS DISTINCTVM

Ac VV. XVI. ADOLESCEN:

DVM

Primâ in Artibus & Philos. Laureâ

PER

EXCELLENTISSIMVM ac Reñdvm Dñum,

D. DIONYSIVM POLITOWIC

Philosophiæ PROFESS:

COLLEGAM MINOREM,

In frequentissimo celeberrimorum hospitum consessu insignirentur,

A

DOMINICO STANISLAO Della Ripa Vbaldini Leopol. ei9 Laureæ cādidato propēsionis ergô OBLATVM.

CRACOVIÆ.

In Officina Chrystophori Schedelij S. R. M. Typ.

Anno Dñi 1646.

5bi.

IN STEMMA
NOBILISSIMÆ DOMVS.



CErnere vix vestrum decorantia Stemmata Nomen
Incæpi, hic Martis, puluere parta refert:
Hinc fuge Turca ferox; duo cornua præsidio sunt,
Queis immortalis Fascia bina manet;
Stemmata terna probo, Vos Stemmata terna tenetis.
Hinc immortalis, Fascia Vestra manet.

VRBANVS STEPHANVS Czechovvic
Leopoliensis.

Perillustribus & Magnanimis Dnis.

DD. IOANNI
ET
NICOLAO
COMITIBVS
IN
OSTROROG,
ROCHATINENSI & DROHOVIENSI
CAPITANEIS.

Illvstr. ac Magnif. Dni,

D. NICOLAI
COMITIS.
IN
OSTROROG.

Regni poloniæ Pocillatoris charisſimis filijs.

DD. & Patronis fauentiſsimis.



Æliciter exorientem ſapientiæ ac virtutis Veſtræ famam, venerari cupiens: PERILLVSTRES ac MAGNANIMI DOMINI *hoc leue munus profero; quod ipsũ ſeſe ſponte ſua, in Veſtrum cõſpectum offert clariſsimum. Cuperem ego quidem non Vos tantum Monili aureo, pretioſiſsimis lapidibus distincto exornare, ſed etiam aureo Aeneæ Clypeo condecorare, ſi in recenſendo, memoria Themiſtoclis, in eloquendo ſuada Demoſthenis, in acumine, lepos Thucididis apud Athenienſes, cæteraſq; Græciæ Vrbes, Attici Oratoris celeberrimi, mihi præſto adeſſet. Sapientiæ enim ac virtutis Veſtræ, ſcintillæ, in Vobis non obſcura produnt incrementa. Dum & generoſa animi indoles, & rara morum grauitas, Magnos Vos fore ſapientiæ alumnos teſtatur. Nec immeritò ſanè, literas arteſq; indefeſſo ſtudio colitis, vt ſapientiæ, nominis, induſtriæ, operæ precium faciatis, ampliſsimũ, cum in Sarmatico Lycæo, in Camænarum Palæſtris, quas in magno ſemper à teneris annis ſeruabatis honore, laboratis: Animum Veſtrum in perennem æternitatem ſacratiſsimo Apollinis. Con-*

nis Concilio dedicaturi; Id amænum literis politioribus. Domiciliũ satis prolixè testatur: Vobis non sagum magis, quam togam: Non plus Gradiuum armatum, quàm Mineruam pacatam cordi esse oportere. Nec minoris esse Vobis. PERILLVSTR. *ac* MAGNANIMI DOMINI *belli studia: quàm pacis ornanamenta. Multo enim plures ex Fascia Vestra Comites, insigni virtute celebres: bello fortes, Victores, & strenui Patriæ propugnatores, trabeati Dynastæ, & amplissimi quiq; Viri, quos auita virtus, Heroum è sanguine natos, gloriæ stimulis, ad promouendam nominis sui famam, & seræ posteritati tradendam, semper incitabat commemorationem ad Reipub. munera obeunda, multò plures purpurati Principes, & Heroes, longè præstantiores & gloriosiores, quàm ex equo Troiano, Duces, aut Imperatores prodierunt, qui Cracouiense Athæneũ, clarissimum Virorum Illustrium Domicilium, atq; Verum Heroum Prytaneum appellandum esse censuerunt. Nimirum sic prisca magnorum exempla renouantur, vt qui miserum rati alienæ incumbere famæ, sapientiæ quoq; ac bonarum artium Numina coluerunt: vel vt nominis sui adoreã dignè sustinerent: cum sapientiæ fulcro niterentur. Nec mirum sola enim non graditur, sed cæteras quoq; sibi comites iungit virtutes, atq; Clementiæ, Humanitatis, Beneficentiæq; sodalitio stipatur sapientia. Viuite & Vos proauis atauisq; potentes Perillustres ac Magnanimi Dñi Roxolanæ Cynosuræ, flosculi lectissimi, in quibus splendor & decus Patriæ reuirescit; Vt & Reipub. emolumento, & Patriæ quæ communis omnium Parens est, adiumento, cæteris deniq; solatio sitis eximio. Hoc enim vouet, hoc precatur, Vobis Patria nostra charissima, cum propensos ad studia Vestros circumspicit animos, ac in Parnasso Academico inter amænissima viridaria, assiduo ingeniorum Vestrorum labore crescentes, eruditionis flores legistis gratissimos, & in Academicis spatijs summa cum animorum contentione, insudastis, vt amplissimos in Repub. fructus honorum, decerpatis. Has in Vobis virtutes nemo non agnoscit, nemo non suspicit, ego verò etiam expertus veneror; testemq; animi mei leuidensem istum laborem quẽ publicæ luci propino, esse cupio. Voueo insuper vt crescentem virtutis Vestræ genium, bono Omine prouehat, sospitator Omnium Deus, & gloriosas virtutes ac sapientiæ plantas, felici maturitate donandas, in Nestoris annos perducat auspicatiores. Dat. è Museo nostro Die S.* BENEDICTI. *Anno Dñi* 1646.

Perillustrium ac Magnan. Dnanum VV.

Obsequio promptiss.

DOMINICVS STANISLAVS Vbaldini Della Ripa
Art. & Philosoph. Candidatu s.



PANEGYRIS

GRATIARVM ACTORIA

ALMÆ MATRI ACADEMIÆ.

Nomine omnium primæ Laureæ Candidatorum.

ALma parens Lechici, ſplendens Cynoſura Trionis
Gloria Sarmatiæ ſummis decoranda trophæis
Lux Craciæ, doctæ, cultrix memoranda Mineruæ,
Semper Palladium geſtans pro tegmine ſcutum,
Viues dulciſonis Academia culta Camænis,
Sublimi laudum, ſemper comitante caterua.
Auricomos Phaëthon, citius per Olympica regna
Non mittet radios, quibus, obuia cuncta ſerenat,
Atq; prius Phæbæa ſoror ſua lampada mundo
Mittere, & imbriferos diſrumpere lumine nimbos
Siſtet, & horribiles, ſpecuum illuſtrare receſſus;
Quàm te poſteritas, iuſtis decorare trophæis
Deſinat, & meritos ſtudijs apponere honores.
Laus te ſumma manet, celebraberis inclyta Mater.
Flumina ad Oceani, vaſtum reſonantia murmur
Littus, fors citiùs callenti ardore mouere
Certatim haud poterunt, riuo impellente ſuſurros;
Nauita Boſphoreo citiùs feruentibus auſtris
Audax haud poterit, ſua carbaſa tendere Ponto;
Terra caput viridi decoratum ceſpite nullos
Terricolis viduata dabit, depromere fructus.

Fun-

Fundere nec poterunt pulchros Virgulta racemis,
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam Panacæam
Accola Montanus, nullos decerpere fructus
Audebit, finemq; ſuum hæc iam machina Mundi
Cernet ineſſe ſibi, quàm laus tua in orbe ſilebit.
Es ſtudij Regina Parens, Academia docti,
Reginam oſtendunt, diademata bina potentem,
Laurea ſerta piam, agnoſcunt ſimul eſſe Parentem.
Quis quis es huc properes, ſimul & pia vota Parenti
Redde libens, noſtrisq; libens applaude Camænis:
Dic age ſumma Parens ſtudiorum Academia Viue
Semper honos nomenq; tuum, laudesq; triumphent.

AD VV. PRIMÆ LAVREÆ CANDIDATOS.

ODE MONOCOL.

NVnc nunc lætiſonum, concine Barbiton,
Nunc nunc Cecropium concipe gaudium,
Nunc nunc funereas abijce Nænias,
Phœbi læta cohors, dum tibi prouida
Mittit pro meritis, ſerta Academia.
Et tu Phœbe pater, lucis amabilis
Muſis ingemina laudis adoreas,
Nymphæ quæ reſonis carmina montibus
Cantu mellifluo dulcia promitis,
Lauro conſpicuis pſallite prodromis.
Jlli ô quàm Juuenes, magna operæ precia-
- Jlluſtres animis, atq; alacres bonis
Fecêre ingenij, Bellerophonteos

Quàm

Quàm hauserunt latices, ac pede conscio
Lustrarunt auidi limina Apollinis.
Et tu Summe Deum, cornua Copiæ
Quæ à te promeritis dantur Amalthea
Lauros ingenuas, perge fauoribus
Exornare pijs. Tu quoq; filia
Summi prosiliens, è cerebro Jouis,
Huc præsto niueis verte iugalibus.
Saturni soboles, Melpomene optima,
Et tu Terpsichore, ritè soñantia
Castis pectoribus, mittite carmina.
Lauros ferte Deæ, currite Gratiæ
Jmplentes calatos, muneribus nouis.
Et tu gemmiferis, clara nitoribus
Jllustrisq; Deum Dindimenes parens,
Huc ô huc celeri, depropera gradu;
Causa est lætitiæ, maxima publicæ
Conscendunt Juuenes, laurea prouidi
E dextra ingenua serta capessere:
Fælices Juuenes, si mea quid valent
Permistis subito, vota laboribus.

LAPIS SOLIS
V. D. IOSEPHO BEŁZA
CRACOVIEN.

Lapis Solis inuenitur apud Megarenses, ad quem Apollo Lyram suspendit, cum Alcathoo, operã suã esset nauaturus, qui si calculo feriatur, eundẽ quem pulsæ fides sonum reddit.

EPIGRAPHE.

Profuit & prodest bona conuersatio cunctis.

ODE

ODE DICOL. TETRASTR.

CVm tibi quid dem cogito Iuuentæ,
Bełza præclarum columen iubarq;.
Inueni Solis lapidem nitenti
Bełza colore.
Nascitur qualis, Megarense plaga
Inter Argiuos faciêi decoræ,
Semper alternans rubeum colorem
Per iuga montis.
Cynthius princeps, Cytharæ, Lyræque,
Dux Palatini memorandus in hoc
Alcatho curam posuit daturus
Plectra sonora.
Quæ statim miris resonare verbis
Incipit, pendens feriatur à quo
Calculo, si mox Lyricum putares
Pergere vatem.
Bełza præstanti ingenio Craci lux,
Vt tibi primo, traditur lapillus
Primus, & noster preciosiorem
Non habet orbis.
Quid quid in Nilo, reperitur auri
Quid quid in Tago remoratur, vni
Bełza condigno tibi danda alumno
Diuitiarum.
Indoles pulchris redimita sertis
Summa te illustrat, patriumq; nomen
Tu repræsentas memorande BEŁZA.
Posteritati.
Annuunt Musæ, tibi colla subdit

Pega-

Pegaſus magnum ingenium ſtupeſcit
E Choro Phæbi Dea quæq; ſummos
Porgit honores.

Poſco complures, tibi ſint libelli
Quos legas namq; hi nocuere nunquam;
Perlegas Criſpum, Ciceronis opto
Verte columen.

Sis amans Vatum memoranda fama
Quos per immenſum celebrauit Orbem,
Bella, res geſtas qui & amæna terræ
Prata canebant.

Aſt quod eſt ſummum, ſtudium quod omnes
Iure cenſetur ſuperare gazas
Palladem ſemper redamos opima
Commoda dantem.

Quo tamen tantum ſtudium minores
Donet anfractus, tibi dat Minerua
Serta de Lauris, hederaq; texta
Diua Triformis.

Sceptra dat Mater ſtudio flagranti
Alma Lycæi, tibi munus ergo
Porrigo, en Solis lapidem nitenti
Belza colore.

GLOSSOPETRA
V. D. Benedicto Iugowicz
Cracov:

Gloſsopetra linguæ humanæ ſimilis, in terra non naſcitur, ſed deficiente Luna cælo decidere creditur.

Epi-

EPIGRAPHE.

Ingens in ſummis præſtat facundia rebus.

OCeano nitidis, roſeum Phaethonta quadrigis
Surgentem, radijs aſtra fugare, procul
Cernere vix licuit: conſueta cacumina Nimphis,
Conſultumque Deos viſere lætus eo.
Pergo alacris, benenota petens loca ſacra Dearum,
Cauſa eſt lætitiæ, mens BENEDICTVS *ait.*
Quid clamitas dixere Deæ? cum talia fantur,
Pallenti ob ſtrepitum membra timore tremunt.
Tum Sol igniferum tollens caput Helleſponto
(Inq; ſuo curru barbite grata tenens.
Alcmænæ hinc natus, frendentia claſsica lætus
Occinit, hi fundunt, gutture dulce melos.
Augurium Cytharamq; puer Iuuenilibus annis
Accinctus pharetram, pulcher Apollo dabat.
Hæc cum dulciſonum reſonantia cantica murmur
Miſcerent aerem) quid BENEDICTE *taces?*
Dic age quid trepidas? mentemq; animumq; timore
Soluere te iubeo, dic age quid trepidas?
Obſtupui ſteteruntq; comæ & vox faucibus hæſit,
Fortunam cernens; ô BENEDICTE *tuam.*
Intereà cuncti, placidam tradidere quietem,
Mitteret vt petitis, Sol bona verba meis,
Phæbe pater, ſi forte mei tibi cura, petentem
Aduerſam faciem, cernere non iubeas
Cultorem Juuenem, nunc dixi Academia Mater
Phæbe tui decorans & diadema tradit.
Munera quæ tribuam, Juueni mihi nulla putantur,
Quin eidem tribuas, poſcere non dubito.

Tum

Tum Sol digna petis, nec quæ tibi cerno neganda,
Colloquio iuuenis, non abigende meo.
Sit desiderio sat, nec patiere repulsam,
Quidquid vis tribui, dextera larga dabit.
Noctiuagis subuecta rotis, mea limpida Phæbe,
Lumen fraternum, participare volet;
Sed fratris spoliata sui, mox lumine claro,
In tenebras nigros territa pellet equos.
Hinc cælo decidet, spoliato lumine. Glosso-
Petra laris miris, vndiq; sparsa notis.
Hunc Juueui inuentum tribuas, à Sole dicatum,
Dat tibi serta Parens: dat tibi Sol lapidem.
Ante Notos, Zephyrumq; volat, Lunæq; sororis
Confestim penetrat tristia tecta celer;
Fida Soror dixit, radiantia lumina noctu,
Vndis Oceani crastina mersa tibi
Mittere non potero, causa est Academia Mater,
Tu sistas iubeo, sistere iussa gradum.
Constitit in cæli medio, Tritonia Coniunx,
Cum nostris subito, se rapit ex oculis,
Luna subit tenebras, lapis oritur, obuia lustro
Et loca Parnassi, Pegaseamq; domum,
Inueni lapidem, per opaca cacumina lustrans,
Per mare, quem fesso Turcica terra dedit.
Terrigenum linguæ similem BENEDICTE IVGOWIC
Fælix, cui donum, Lunaq; Solq; dedit,
Ast cape, quid? lapidem. Linguam volo dicere semper
Si vis esse (Hic est,) disce fouere tuam.
Hæc superis, demissa plagis, sapientia cælo
Mittitur, à superis, hanc BENEDICTE *pete.*

DAR

DAR
V. D. IOANNI RADOSZ
LEOPOL:

Celebratur apud Judæos lapis, cuius mentio est Estheris, hunc Judæi longe pretiosissimum doctores dicunt esse, repertum in mari lucentem vt meridies.

Libertas lucet sanctis pia legibus vna.

RAptus erat superas, quondam Ganymedes ad oras,
Vt Iouis ad mensas, esset ab obsequijs,
Erubuit subitos, Gnati pia mater honores,
Ad mensas gnatum, cernere iussa suum.
Fælix progenies, fælicia corpora quorum,
Te portans oculis, Symbola visa manent.
Sic tibi quas referam, referet tua patria laudes,
Quam in regno Lechiæ, Russica terra tenet.
Conspiciens catulum sceptra acquisijsse Leonis.
Lætitiæ Pæan, quæ tibi grata dabit;
Raptus & ad superos petijt: Sed posthuma fama
Spectandum efficiet te volitare RADOSZ.
Patria promeritis tibi iustos reddet honores,
Qua nil in terris, dulciùs esse potest,
Quid mirum, virtus summis decoranda trophæis
In te vno ex alijs, eminet atq; viget.
Suscipe DAR lapidem, quem Othomanica Luna nitētē
Protulit, hæc capiens munera, munus habe.
Sis igitur lapidi similis, fulgentibus astris
Orto, hoc virtutis nubila densa fuga.

HEXA

HEXACONTALITHOS.

V. D. ANDREÆ PAVLIKOWIC CRACOVIEN.

Lapis Hexacontalithos quo solo gloriantur Athlantes diuersis notis sparsus vt 50 gemmarum colores paruo eius orbiculo comprehendantur.

Natura hic posuit quidquid vbiq; fuit:

PIeridum veneranda cohors & Apollinis omnes
Quæ colitis fontes Aganippidos Hippocrenes
Quæue Medusææ factæ pedis ictibus vndæ
Limina Pegaseosq; Lares atteritis huc huc.
In laudem Andreæ mollissima labra mouentes.
Cui Maro sublimis curæ est, quem Mantua terris
Protulit, Ouidiumq; diu noctuq; reuisit.
Cui Ciceronis opus notum est, sapientia mentem
Occupat, & reliquis mater Natura beauit
Artibus: O Iuuenis felix sapientia dignum
Bacca quem statuit decorandum PAVLIKOWIC.
Hexacontalithos lapidem tibi nostra corona
Demptum de medio, tribuit sexdena Monili.
Paruà staturà qui sexaginta colores
Continet, Isidorus testis testisq; Solinus.
Perge bonis auibus, fructum quem Patria de te
Expectat, proferens felicia ducito sæcla,
Pergas; crescenti similem mitissima Plantæ
Quem natura fecit, vigeas Vrbemq; secundes.
Scande gradum, meritas tibi dat Sapientia Lauros
Laurea serta tenens, pretiosam do, cape gemmam.

CHE

CHELONITES
V. D. GEORGIO KRASNICKI.

Oculus Indicæ testudinis varius, & purpureus, hunc Magi impositum linguæ futura prædicere testantur.

Prudens sermo Viris commoda summa tulit.

SPectandæ formæ Paridi Iouis Ales in Hybla
Conuiuio excepto dulcia poma dedit
Myrmecides, Zeusxesue sua, Phydiasue Coasue,
Talia non potuit confabricasse manu.
Per totum fuerant, redolentia carmina pomum,
Huic quæ est formosior, sors bona macte dabit.
Et dedit vt iussum est, sortis Sarmatia Matri
Vt dignis tribuat. Laurea serta viris,
Quæ te sollicitas, & ab alto pectore curas
(Ludentem cunctis conscia temporibus.)
Artibus, vt princeps studiorum Academia vidit,
Hæc tibi KRASNICKI. Laurea serta tulit.
Quid quid enim peroras perorantē quis Ciceronē?
Si scandis Lyricum quis neget esse virum?
Perge bonis auribus, sed cum te munere dignum
KRASNICKI videam suscipe Chelonitem.

ANDRODAMAS.
V. D. ADAMO KVCHARSKI NOBILI.

Argenti nitorem habet & pænè adamas Magi putāt nomen impositum ab eo, quod animorum impetus domare & refrenare dicatur.

Cum præsto est sapiens nullo respublica motu
Conquassata iacet.

CVm te conspiciam Lauro Academica.
Ornandum celebris gemma Poloniæ,
Lætor cum videam te
Clarum Sarmatiæ decus.
Faustis alitibus perge KVCHARSCIÆ
Culmen familiæ, millia millium
Laudant ingeniosum
Cum cernunt genium tuum.
Laudantes celebrant digna tripudijs
Musarum chortis barbita dantibus
Splendens nobilitate
Splendescas sapientiâ.
Audis, te celebrat Castalidum chorus
Extollunt, nimijs vndiq; laudibus
Nymphæ & Iuno parentem
Quam antiqui celebrauerant.
Crescas ANDRODAMAS *sit tibi muneris*
Qui dextræ impositus præcipiti impetu,
Iras ex animorum
Tollit viscere feruidas
Sic cum tu sapiens sis sapientia
Quæ est mali domitrix concilia omnia,
Si quis seditionem
Inferre Imperio volet,
Illa est quæ populis, dat bene viuere,
Illa est pauperibus dans diademata,
Illa est terricolis lux
Reginam volo dicere.

Tu sis

Tu ſis ANDRODAMAS *per ſapientiam*
Sis praui domitrix, conſcia pectora
Te agnoſcant genitricem,
Almam ter ſapientiæ.

ACHATES
V. D. MATTHÆO KOCZANKOWIC.

Achates tam varij eſt generis vt vnum lapidem eſſe non credas candidus, rubeus, croceus, cinereus, viridis, niger, varius.

Rebus in abſtruſis florens facundia præſtat.

QVando cuncta virent, quando noua tẽporis ætas,
Atq; leuat roſeum, candida flora caput,
Cum molles violæ, fundunt ſine lege capillos,
Narciſſusq; ſuas, dirigit igne comas.
Illimes quando riui de rupe feruntur,
Murmurat & querulo, deflua lympha ſono.
Alma parens nulla. MATTHÆVM fronde decorum
Præclari, ingenij cernere non potuit.
Palladias adijt turres, ſapientia amænas
Princeps quas ſceptris, docta Minerua premit.
Decerptas tulit inde tibi, tulit optima baccas
Quas capiens bacca laureus eſſe ſies.
Hæc tibi cum videam charam dare munera Matrem
KOCZANKOVICIÆ lausq; decusq; domus,

Fortu-

Fortunæ faueo, ſed cum ſapientia donat
Pro meritis, nomen hinc ſapientis habe.
Adde animum ſtudijs, vigilem noctesq; diesq;
Vt citiùs volites docta per ora virum.

HYÆNIA.

V. D. MARTINO ROGALEWIC.

HYÆNIA ex oculis HYÆNÆ, & ob id in vaſe inueniri dicuntur, & ſi credimus linguæ hominis ſubditæ futura prædicere.

Fatidicæ Themidis, veriſsima vota feruntur.

FVlget & eſt alijs multum pretioſa lapillis
HYÆNIA, ex nitidis eruta gemma oculis.
Eſt lapis, at Lechicis ſemper peregrinus in oris,
Qui linguæ impoſitus dicere cuncta ſolet.
Augurium ſi quis ROGALEWIC *noſcere vellet*
HYÆNIA *augurium gemma marina dabit.*
Perge futurorum, ROGALEWIC *conſcie rerum,*
Te faciet Iuuenem, pergere ſermo tuus.
Fama tuævolitat Cracium memoranda per orbem
Artis, quam ſummæ nobilitatis habes.

LAPIS ANNVLI.

V. D

V. D. THOMÆ SZYDŁOWSKI.

Casum Phäëthontis in gemma annuli expreßum mirabili & stupendo potius artificio memorat Gallenus.

In tenui labor est.

SGulpserat exiguo quidam Phäëthonta lapillo,
Circumspectantem culmina celsa Poli.
Hinc visebantur fortissima mænia cæli
Flammis hinc Phäëthon fulmine tactus erat,
Terra perusta iacet quam squallens omnia circa
Vulcanus feruens obuia cuncta cremat.
Accensis spoliata ramis, hinc sylua calescit,
Mortales recreans Nympha scatere nequit.
Exiguus fuerat lapis hic si credere fas est
Funera at in paruo corpore quanta tulit.
Auri parua nimis, fulcri omnia copia vincit
Argenti superat ferrea tecta parum,
Punctum Adamas lapidis, cuncto est pretiosior auro
Exiguoq; oculo commoda magna latent.

DYONISIAS.

V. D. STANISLAO KWIECISZ.

DYONISIAS lapis fuscus rubentibus notis sparsus, idem si aquæ mixtus conseratur, vinum fragrat, & quod in illo odore mirificum est æbrietati resistit.

Virtus in aduersis.

Virtus

Virtus aduersis; summa est hæc posteritatem
Terricolis tribuens, astra serena tradit
Imperium tribuit, felicia sæcula vt omnis
Virtus aduersis experiatur agit.
Aduersis virtus exemplis prima probatur,
Virtus aduersis nescia sola mori,
Princeps est venerande KVIECISZ, *sed te redamantem*
Virtutem aspiciens, omnia fausta manent,
POSNANIAM *Virtute tua, sapientibus Vrbem*
Consilijs texti tempora fausta tenes
Patria solamen capiat, bona fama parentum
POSNANÆ vigeat, te renouante KVIECISZ.
Nam licet es claris, Iuuenis maioribus ortus
Nobilium referas Stemma decusq́; patrum
Virtus aduersis sola est, quæ culmina laudum
Victori tribuit commoda magna ferens.
Perge DYONISIAS *tibi gemmula mittitur à me,*
Virtus aduersis, sit tua sola comes.

MAGNES.

V. D. LAVRENTIO BARSZEWIC.

Magnes non solum ferreos annulos trahit, sed vim annulis ipsis infundit.

Magneti similem fingit sapientia dotem.

EXempli totum celebratur magna per orbem
Vis, quoniam exemplis omnia quisq; regit.

Exem-

Exemplum bene facta auget. dat posteritatem
Exemplum vitium spernere grande valet,
Hoc fortes animi, generosaq; pectora surgunt
Exemplum fortes magnanimosq; facit.
At tibi quid tribuam? Magnetem suscipe, MAGNES,
Exempli speciem cunctaq; signa refert.
Sic tu BARSZEWIC claros imitare parentes
Imo tibi Dominus prodromus esse potest.

LYCHNIS.

V. D. IOANNI KŁOSZOWIC.

LYCHNIS è genere ardentium lapillorum est appellata, à lucernarum fragrantia, gignitur in multis locis, sed apud Indos gemma probatissima, sculpturis resistit, ac si quando sculpta fuerit, signa quasi quodam animalis morsu partem ceræ retentat.

Quis præceptoris facilis contemnet honorem.

CVm multi acceptis gaudent fulgentq; lapillis
Jndanam LYCHNIM tu venerande cape.
Parta labore dari referunt, sibi munera primi
Munera tu capiens, parta labore refer
Sculpturis LYCHNIS fortissima gemma resistit
Parua ast KLOSZOWIC *munera magna cape*
Quid lapis hic aliud? si non sapientia, per quam.
Vir sapiens fortis quilibet esse solet.

AVRVM

AVRVM E MONILI.

V. D. PETRO ILINSKI.

Nascitur insignis celsa virtute potestas

Accepere alij, quid nunc faciemus ILINSKI?
Cum desunt lapides, munera cuncta cape.
Bis denos habuit lapides mihi crede Monile,
Cum desunt lapides, munera cuncta cape.
Aurea pro merito, tibi munera dantur ILINSKI
Cum desunt lapides, munera cuncta cape.
Suscipe quæso libens, pretiosi muneris aurum est,
Aurum omnes posita, iam pietate colunt.
Auro hoc virtutis spatiosum perge per orbem
Aurea suscipiens munera cuncta tenes.

TORQVES AVREI MONILIS.

VV. DD. LAVRENTIO KOŁOWROCKI & STANISLAO CIESZKOWSKI.

Vinculum indissolubile.

CVm vestrum cernam venerando in pectore amorem
O Socij, reliquos cernere nec cupio.
Laudandos quondam quos sæcula prisca per orbem
Extulere, vt cunctis incitamenta darent.
Pergite sed munus cum concupiscitis à me
Vestræ sit Torques munus amicitiæ.

V. D

V. D. DOMINICO STANISLAO VBALDINI DELLA RIPA. LEOPOL.

BBNEDICTVS IVGOVIC, eiusdem Laureæ Candidatus CRAC:

PActolus merito es, tribuens sua munera cunctis,
Cræsus es in socios, dona locando tuos,
Qui non diuitias, nigrantibus abdidit antris
Largior auricomis, fluctibus ipse manens
Ergo ne Cymerijs, virtus tua tecta tenebris,
Labetur subitò pectore pulsa meo.
En priùs excelso pascentur in æthere Cerui,
Quam fiant meriti, præmia vana tui,
Inclyta sydereos, virtus tua tendet, ad orbes
Hæc tibi confertur carmine dona ferens
Intra Iagellonis semper florendo penates,
Viuito nam doctis, vita perrennis inest.

V. D. DOMINICO VBALDINI.

STANISLAVS KWIECISZ eiusdem Laureæ Candidat9 Posnaniensis testificandi amoris ergo.

PVlchra serenati conseruant tecta Trionis,
Quid quid opum Pallas docta vel ipsa potest.
Has tibi VBALDINI graciles tribuere Camænæ
Pectore cernuntur dum residere tuo.
Laurìger ornatum Lauro te reddit Apollo
Vt decores Matris laurea sceptra tuæ.
Nec dubium magni, spes fortis crescit honoris
Crescit & optatum dat noua fama locum.
Auratum socijs offers DOMINICE Monile
Ipse lapis Matris tu pretiosus eris.

Sub felicibus auspiciis
Magnifici & Clarissimi Domini

D. LAVRENTII
SMIESZKOWIC

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris ac Professoris, Almæ Vniuersitatis Cracouiensis ProCancellarij
Ac
Generalis Vigilantissimi
RECTORIS.

Columna Attica ex marmore Thebaico quatuor pari laterum angulos ~~affabrefacta~~ Apollinis & Musarum iconibus insignita.

cum Lemmate: A cunctis sume coronas.

Nota Juvenis

